



presenti tradat 450. cum hoc, quod ipse C. contentabit A. de 500. n. die termini, quando contractus sit usurarius ex omnium parte, vide per Soc. eodem loco sub num. 82.

Mutuans alicui centum ad terminum, & simul eidem vendens res ultra dimidium iusti pretij solvendi ad eundem terminum; quas alias is emptor sine vilo mutuo non fuisset empturus, committit usuram, vt per Soc. num. 83. eod.

Item quotiescumque cum mutuo ad terminum venderetur aliqua res pro minori, vel locaretur pro maiori mercede, ibi, & in cap. 1. de Simon.

Venditio cum pacto rei uendi, & cum pacto, quod fructus computentur in fortem, quando contractus praesumatur simulatus, & usurarius, vide vbi supra per M. Soc. nu. 89. 90.

Item contractus dicitur usurarius, si emptor posset compellere venditorem ad remendum, quandoque placuerit emptori, venditor vero non posset compellere emptorem. ibid. num. 91. per Marian. Soc.

Et idem si pactum esset, quod emptio non duraret, nisi post quadriennium; sed post quadriennium emptio ipso iure rescinderetur. ibidem, num. 92. qui num. seq. declarat praedicta procedere, quantum ad forum contentiosum. Quantum vero ad forum penitentiale non, vide per eundem.

Quid si venditor nolbat vendere, sed mutuo accipere, & idem celebratus est contractus cum pacto reuerendi. vide per Socin. eodem loco sub numer. 95. vbi contractum esse feneratorium censuit, si emptor esset usurarius & venditio fuit secuta pro ea pecunia, quam petebat mutuo, alias secus sine pacto praedicto, secus forte si praecederent alia verba, vel tractatus, puta, quia diceret emptor, quod non esset bene securus mutuo, unde, vt esset securus praecessit venditio, quo casu innuit Socinius contractum feneratorium dici: vide per eum.

Venditio census vnus floreni super praedio constituti, an sit contractus usurarius, vide per Socinium eodem tractat. sub num. 99.

Item venditio facta de redditibus alicuius Civitatis ad rationem quinque pro centenario, quando sit contractus illicitus, & quando non, vide ibi. num. 10.

Item venditio census decem corbium frumenti solvendi annuatim de omnibus bonis venditis, an sit contractus illicitus, vide per Soc. ibid. num. 101.

Item venditio usus fructus possessionis magni ualoris facta ab Ecclesia pro mille ad vitam fructuarij, an ualeat, & sit usuraria, vide pro, & contra plene per Socin. ibidem post numer. 102. per quatuor columnas.

Item emptio de pecuniarijs redditibus ad vitam, an sit licita, vide per eundem Socin. plene ibid. post num. 103.

Item emptio de annuis redditibus alicuius praedij pro centum cum pacto, quod venditor restituito pretio contractum possit rescindere, an sit licita, vide plene Socin. ibidem sub num. 104.

Item emptio actionis ad consequendam pecuniam numeratam, quod sit contractus illicitus, quando tanta est paruitas pretij, quod cessio praesumeretur falsa, vel simulata, tenet Socin. ibi post numer. 105. vbi bifariam considerat praetij paruitatem, vide per eundem.

Item uenditio facta de pensione ad vitam ementis pro mille cum pacto, quod si emptor infra biennium decesserit, teneatur uenditor illius haeredibus restituere quingenta, quod sit licita, vide ibid. num. 106.

Item uenditio facta pro mille de fructibus certi praedij pro annis xij. ex quo singulo quoque anno percipiuntur fructus ualoris 150. an, & quando sint licita, vide per Socin. illic post num. 7.

Et iustum praetium in proposito quod dicatur, vide per Socin. ibid. num. 108.

Item uendens oues, ex quibus singulis quatuor solidi quotannis de fructu percipiuntur pro pretio solidorum duorum pro qualibet oue annuatim, durante uendentis uita soluendo, etiam si oues omnes morerentur, an licite contrahat, vide per eundem nu. 109.

Item uenditio rei ualentis centum pro quinquaginta pacto hoc addito, quod si emptor illa non soluerit infra men-

sem, centum soluere teneatur, an sit licita, vide pro, & contra ibi. per Socinium numer. 110. Cogita. An possit dici, quod non sit adiectum in penam, vt arguit Socinius. Item, quod non sit usura, sed pretij augmentatio, ut dicebat Baius ibid. relatus, seu potius, quod debeat dici vera aestimatio, seu red uctio ad pretium iustum, quod est potius dicendum, quia res re ducitur ad iuris terminos, ad tradita in lege secunda, C. de rescinden. vend. & in c. 2. & fin. de empt. & vend. Et hoc de facili cum res redigatur ad suam primaeuam uaturam, leg. si vnus §. pactus ne peteret, ff. de pact. alia ad materiam vide Soc. ibi.

Vendens rem iusto pretio, pacto adiecto, quod si pretium intra praefixum tempus non soluerit emptor, teneatur soluere aliquid plus, committit illicitum, secundum Socin. ibid. quod verum non existimo in solito negotiari, qui ob illam moram aliquid damnum sit passus, vide in collecta mea com. opin. §. interest, num. 8. 10. & 11.

Dans pecuniam mercatori ad mercandum pacto adiecto, quod capitale sit saluum, & quod dans recipiat lucri partem, committit usuram, vide per Soc. ibid. sub numer. 116. & de communi vide in collecta mea commun. opin. §. contractus, numer. 1.

Socius an possit pacisci, quod tres partes lucri ex quatuor ipse percipiat: quod si, contra Theologos tenentes contractum societatis illicitum tenent Marian. Socin. eodem loco quaest. 9. num. 121.

Tradens oues ad socidam, cum pacto, quod ex primis fructibus ouium recipiat capitale, quando licite agat, & quando illicite, vide per Soc. ibid. num. 127.

Item tradens oues ad socidam pro libris xx. quicquid de ouibus contingat, illicite contrahit, per Soc. ibid. num. 128. vbi testatur de communi Theologorum opin. quam etiam habes in collect. mea commun. opin. §. tradens, num. 1.

Emens a Seio oues, seu vaccas, quas Seius non habet, hoc sciente ipso emptore, & illas locans eidem Seio pro certa annua pensione, vel faciens socidam siccam, seu in nube, illicite contrahit, in quantum sciebat Seium carere dictis ouibus, siue vaccis, vide per Socinium eodem loco, quaestione 33. num. 129.

Regula in materia socidae, & societatis est, quod quo iest, cumque in contractu societatis, aut socidae admiscetur mutui verum, at velatum, ratione cuius alterius ex socii conditio fit deterior, talis contractus, quando dicatur illicitus, & quando non, vide per Soc. ibid. sub num. 132. ubi exempla ponit de mutuo uelato, & uero.

Bones pro starijs u girti frumenti dandis quolibet anno contractus sit licitus, & quando illicitus, vide per Socin. ibid. n. 133. ubi distinctionem ponit a Doctore . communiter acceptam.

Seio tradidit boues Titius cum pacto, quod damnum, & lucri ipsorum bouum sit commune, etiam si esset deterioratio nis damnum. Vult tamen a Seio quolibet anno starios decem frumenti, an, & quando contractus dicatur licitus, uel illicitus, vide plene ibidem per Socinium 37. quaest. nu. 134. cum sequenti. Et hic tene menti quod usura non potest appellari, quae communiter reputatur licita per ea, quae plene tradit Cephal. consil. 237. num. 28.

Item pactum inter socios initum, quod qui immitit tantum operam, pro ea parte, qua sustinet lucrum, pro eadem sustineat damnum capitalis, quod sit illicitum communem uide in collect. mea com. opin. §. pactum, num. 8.

Nota, quod usura prohibetur fieri non solum per Christianos, uerum etiam per Iudaeos, per Alex. consil. 99. numer. 11. uol. 6. & commune inquit Anan. in cap. quia super hic. col. 1. uerf. praeterea, de Iudae. Et Christianus, siue Iudaeus faciens contractum usurarium, uel dans pecuniam ad usuram debet puniri arbitrarie: Corn. in consilio 19. Videtur numer. 11. uerf. non obstant adducta, uol. 3. Maran. post suum Speculum aureum in quinta disputat. post nu. 22. Stracha de Mercat. parte 1. num. 31.

Item nota, quod ubi Iudaeus, qui haberet priuilegium a Papa dandi pecunias ad usuram, usque ad certam metam, metam illam excederet, uel usurarum usuram exigeret, quod debet arbitrarie puniri, ut in Addit. ad consil. Laud. 47. in fin.

in fin. Nec potest Iudaeus petere usuras ultra tempus, quo pignus erat ponendum in fortem.

Item dactum appositum inter socios super inaequalitate lucri, & damni, an & quando valeat, dixi relatiue superius, & allegaui Angel. de Aret. Institut. de societate. Adde uideendum de usura in societate quamplures casus diligenter consideratos per Martinum Nauar. in suo Enchir. fol. mihi 489.

vsque ad 494. quos nolui transcribere, sed illos cum sequentibus per te uideo.

Item de peccatis circa depositum vide per eundem Mart. Nauar. in suo Man fol. mihi 447. cum seq. num. 177. vsque ad num. 181.

De peccatis circa condatum vide per eundem Nauar. eod. fol. mihi 451. a num. 182. vsq. num. 186.

De peccatis circa locata, & conuicta vide per eundem Nauar. Enchir. fol. mihi 453. vsque ad 460. a num. 187. vsq. ad num. 199.

De peccatis circa iura, & tributa regia, & publica, vide per eundem Nauar. d. Enchirid. mihi fol. 461. numero 200. cum sequentibus. per duas col.

De peccatis circa pigora vide per eundem Nauar. dicto Enchirid. fol. mihi 463. per duas columnas.

De peccato usurae circa mutua, vide per eundem Nauar. d. Enchir. fol. mihi 465. vsque ad 474. & a nu. 106. vsque ad num. 213.

Et qui peccent peccato usurae circa mutua, vide plene

per eundem Nauar. d. Enchir. fol. mihi 475. cum pluribus sequent. a n. 214. usque per totum num. 246.

De usura in pactis de retrouendendo ad ea, quae alijs scriptis, adde, atque vide per Nau. in d. Enchir. fol. mihi 487. nu. 247. cum seq. per totum.

De usurae participantibus, & eam non restituent. vide plene per eundem fol. 495. vsque ad fol. 502. & a nu. 262. vsque & per totum n. 283.

Vltimo de usura circa cambia vide ad futuritatem per Nauar. d. Enchirid. fol. mihi 503. usque & per totum fol. 519 & fol. 516. Vide Extrauagantem Pij Quinti haec scribebam, dum essem Vicarius Episcopi Interamnæ ob quærelas factas, vt dicebatur, ab illis de Stroncono, contra Interamnantes apud Sedem Apostolicam. Drogh.

u Sed hic quero, quis dicatur usurarius. Adde, T quod Iudicis arbitrio relinquatur, quis dicatur usurarius manifestus, Menoch. de arbitr. iudic. casu 235. & ibi late ponit, quot modis dicatur usurarius manifestus, & quibus modis probetur, & ibi etiam rejicitur opinio Crau. in consilio sexto, numero 102. vide etiam Mascardus de prob. concl. 1418. Baiard.

x Punitur etiam usurarius de iure civili. Adde, T quod idem tenuit Burf. conf. 207 numer. 8. vol. 3. & quod sufficit fo-

la Iudicis declaratoria, vbi etiam attestatur de communi, & Marthesil. in sing. 49. dicit, quod si quis diceret contrarium, esset haereticus. Baiard.

